Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26216
Copyright: Admont, Benediktinerstift



69

Scimus enim quia cetere duę latronum sunt qui cum eo crucifixi sunt. Et ponentes eas in medio ciuitatis expectabant quam x. Et circa horam nonam ferebatur mortuus iuuenis in grabatto. Iudas autem gaudio repletus dixit. Hec cognoscens dilectissima domina lignum et uirtutem eius. Et tenens grabattum iudas fecit deponi mortuum et posuit super eum duas cruces et non surrexit. In posita autem cruce tertia. idem dominica surrexit quia erat mortuus. et omnes qui aderant glorificabant dominum. Sed omnium bonorum diu semper inuidit diabolus in furore uociferabatur in aere dicens. Quis iterum hic quia nemo permittit suscipere animas eorum. Oibus natarene. omnes traxisti ad te. O iuda quid hoc fecisti. Ecce lignum crucis manifestasti ad uisum me. Inuenit et ego quid faciam ad uisum te. Suscitabo alium regem qui derelinquet crucifixum et meis obsequetur consiliis. et immittet te in iniquis tormentis. et te cruciat negabis crucifixum. Iudas autem feruens in spiritu dixit. Qui mortuos suscitauit xpe ipse te tradet in abyssum ignis eterni. Et hec audiens beata Helena admirabatur fide iude. Cum autem gaudio collocans beatam crucem auro et lapide preciosis faciens locum argenteum. in ipso collocauit crucem et ecclam construxit in ipso caluarie loco.

Nonne prius iuda tradi tionem fecit. et ypocrita certa ui impie agere.